

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5290

Auteur(s) : Alain Julien, fils de Guillaume Julien [particulier]

Auteur(s) : Perrote, sœur d'Alain Julien [particulier]

Bénéficiaire(s) : Denis l'Anglais [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1281, octobre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Alain Julien et sa sœur Perrote, de Saint-Aubin-du-Perron, vendent à Denis dit l'Anglais pour cent sous tournois une rente de cinq boisseaux de froment, mesure du lieu, à la Saint-Michel, et d'un pain et une poule pour regard à Noël. Cette rente est due par Guillaume Julien, leur frère, pour quatre pièces de terre à Saint-Aubin-du-Perron.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 15, p. 111-112.

Texte établi d'après a

Sciant omnes presentes et futuri quod nos, Alanus dictus Julien et Perrota dicta Julien soror mea, de parrochia Sancti Albini de Albigneyo, vendidimus et dimisimus finaliter Dionisio dicto Anglico videlicet quinque bussellos frumenti ad mensuram de Albigneio annui redditus ad festum beati Michaelis et unum panem et unam gallinam ad Natale Domini pro regards, unacum homagio Willelmi Julien fratris nostri, que nobis debebat annuatim idem vero ad terminos antedictos, pro quatuor peciis terre quas de nobis tenebat, sitas in dicta parrochia Sancti Albini. Quarum prima pecia continet dimidiā acram terre vel eocirca et jungitur ex uno latere ad terram Agnetis sororis nostre et ex alio latere ad terram ipsius Willelmi fratris nostri et butat ad terram Gauffridi le Corteiz ex uno capite et ad terram Willelmi le Comte ex alio. Secunda pecia terre jungitur ex uno latere ad terram Agnetis antedicta et ex alio ad terras Willelmi et Nicholai les Comtes et butat ex uno capite ad ortum dicti Nicholai et ex alio ad terram Willelmi le Terrier. Tertia autem pecia jungit ex uno latere ad dotem matris nostre et ex alio latere ad terram Willelmi fratris nostri et butat ad gardinum Willelmi le Comte ex uno capite et ex alio ad doitem matris nostre et ex alio latere antedicta. Quarta vero et ultima pecia, que est super clausum, jungitur a lateribus ad dotem matris nostre et ad terram antedicti Willelmi fratris nostri et butat ad terram Willelmi Saquespee ab uno capite et ad terram matris nostre ab alio. Predictos autem redditus, cum regards et homagio antedictis, percipient et habebunt decetero dominus Dionisius et sui heredes super pecias terre antedictas cum omni jure quod in predictis habebamus et habere poteramus jure hereditario libere, pacifice et quiete ab omnibus ad nos vel heredes nostros pertinentibus vel remanentibus, exceptis tamen tribus auxiliis Normannie consuetis, et sine reclamatione aut contradictione nostri aut heredum nostrorum amodo facienda ; et nos antedicti Alanus et Perota tenemur decetero predicto Dionisio et suis heredibus, et nostri heredes tenentur, preter omnia et singula contra omnes gentes bona fide garantizare vel ad valens in nostra propria hereditate excambiare, si ibi forte garantizare non possemus, prestitis super his a nobis corporibus sacramentis, et quod contra hanc venditionem per nos aut per alios non veniemus in futuris et pro

hac venditione ita a nobis facta, dictus Dionisius nobis centum solidos tur. pro manibus condonavit et persolvit totaliter in denariis computatis. In cuius rei testimonium presentem cartam eodem Dionisio tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratam. Actum anno Domini M° CC° octogesimo primo, mense octobris.